



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dissertatio Triplex Theologica, Ad Mentem Præclarissimi  
Ecclesiæ D. S. P. Avgvstini, (Cui consonat Doctor  
Angelicus cum Melliflvo,)**

**Schweitzer, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.LXXXII.**

Dubium nonum. An primus homo potuerit peccare in primo instanti creationis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39320**

spondeo dissimulata prima consequentia, negando se-  
cundam: quia non quilibet Dei visio constituit bea-  
titudinem patriæ. Admisso igitur, quod Adam vide-  
rit Deum transeunter in ectasi, quam Deis in illum  
*immisit, ut ipsius mens per eam particeps fieret tanquam*  
*angelicæ curiæ, & intrans in sanctuarium Dei, intellige-*  
*ret novissima, ut loco jam eit. loquitur Augustinus; non*  
*tamen dicendus fuisset beatus beatitudine patriæ, quæ*  
*in clara & perpetua Dei visione consistit.*



## DVBIVM NONVM.

*An primus homo potuerit peccare in primo  
instanti creationis?*

**E**Xstat in Augustino locus infra citandus, ob quem  
ille posset videri, sensisse, quod primus homo in  
primo instanti potuerit peccare; hinc resolvenda est  
proposita questio, & examinandum, an haec sententia  
sit Augustino conformis?

Respondeo & dico: Primus homo in primo crea-  
tionis instanti non potuit peccare: neque contrarium  
sensit Augustinus.

Probarunt prima pars isdem argumentis, quibus  
solet probari, Angelos non potuisse peccare in primo  
instanti. Primo: quia sequetur, peccatum tribuen-  
dum esse Deo; ergo non potuit peccare in primo in-  
stanti.